

www.e-rara.ch

**Simonis Portii Neapolitani, philosophi clarissimi, de rerum naturalium
principiis libri duo, quibus plurimae, eaeq[ue] haud contemnendae
quaestiones naturales explicantur**

Porzio, Simone

Marpurgi, 1598

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: NP 2606

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-47888>

Quid sit controversum ac dubium in Chrysippi placito. Caput XVII.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

que quoniam materia est causa monstri, verbi gratia hominis bicipitis, copia materiæ erit agens, quæ si ponitur agens, necessariò sequetur effectus is, quare non erit contingens & rarus, sed per se. Atq; hæctenus de Chrysippi sententia.

Quid sit controversum ac dubium in Chrysippi placito.

CAPUT XVII.

Aristoteles, Plato, ceterique ferè omnes Philosophi hanc Chrysippi sententiam detestantur, ac in primis Arist. qui lib. de interpretatione eam ad manifestissimum deducit incommodum: si, inquit, omnia ex necessitate fiunt, nihil opus est aut consultare, aut res agendas aggredi: contra tamen fieri videmus, & futura à plurimis prospiciuntur, ut videre quoque est apud eundem sexto primæ Philosophiæ, Quin & Homerus eam increpat, dum primæ Odys. ait;

*Accusant falsò superos, stultiq; queruntur
Mortales, etenim nostrorum causa malorum
Nos sumus, & sua quæq; magis vecordia ledit.*

Adhæc, quid est aut Socratis exemplo vulgatius, quo ostendas omnia non fieri necessitate? quippe in quo tantum Philos. ut ingenium naturamq; mutarit, atq; ab iis vitiis,

in quæ suapte natura erat propensissimus, a-
 vocarit? Aut quid canibus illis Lycurgi popu-
 larius, in quibus institutio id alterū sequi coë-
 git, quod alter fugeret? Deinde, illi ipsi, qui
 hanc opinionem tutantur, in vitia declamāt,
 ad bonos mores hortantur, consulunt, lau-
 dant, & vicissim laudantur; multaq; in eo ge-
 nere scribunt, quæ quis, quæso, libertatis si-
 gna esse negaverit? Præterea si omnia fierent
 natura, nulla esset vel laus, vel vituperium: &
 malus juxtà ac bonus nasceretur. Et cùm A-
 rist. Physiciq; omnes tres ob rationes malos
 evadere contendunt, ob naturam scilicet, ra-
 tionem, ac consuetudinem: una tantum esset
 ponenda causa. Huc accedit, quod Bardesanes
 scribat apud Gallos jam olim inolevisse usum
 nefandum, quo pueri publicè nubebant: ne-
 que aliqua lege notabantur. Fieri profectò
 non poterat, ut omnes Galli florente jam æ-
 tate, Venerem & Mercurium, in domo Mar-
 tis & Saturni, terminos accidentarios habe-
 rent, potissimum cùm Galli id in primis de-
 testentur in præsentia, & eos qui ejusmodi
 notantur flagitio, gravissima ignominia ple-
 ctant. Sunt & rationes Petri Pomponatii, qui
 hanc sententiam mordicè defendit lib. suo
 de Fato. Verum nos in nostro ejusdem argu-
 menti libello eis abundè satisfacimus: quas si
 quis postulat, inde petat licebit.

— Quid